3682 basis lapidis Tiburtini. Tibure pro foribus Sancti Rubei ACC. In domo Salvati Sancti Rubei privati civis LEONC. In via sub foro MORILL. *Oltre al Trejo per andare alla chiesa di Santo Andrea* LIGOR. *Avanti la casa de la s(igno)ra Artemisia de la Scarpa* OTTOB. Apud S. Vincentii NICOD. REVILL. LVP. Locum non indicat VISC. Extat Tibure in hortis publicis.

C TERENTIVS
[VALENS
IIII VIR AEDILICIA
POT PRAEF · QQ : SAL ·
PRAEF RIVI SVPERN
PATRON MVNIC

Descripsi post Mommsenum. Accursius ms. f. 4′; Leoncini ms. f. 4 (inde Mancini apud Metellum f. 346 et apud Pighium f. 4; ex Mancinianis Manutius Vat. 5253 f. 424′); nescio quis apud Metellum Vat. 6039 f. 346 ad exemplum Mancinii (inde fortasse, nimirum per Gutenstenium, Gruterus 473, 5; ex hoc Orelli 2249); Pighius Berol. f. 159, Luzac. p. 216; Morillon cod. Amst. f. 28; Ligorius Taur. 20 f. 7′ (a Ligorio Ach. Statius orth. f. 9); cod. Ottob. 2970 f. 18; Nicodemus p. 85 lib. 4 cap. 3 (inde Marzi I p. 54); Manutius Vat. 5246 fasc. 6 p. 96 ad exemplum Antonii Casarii scriptum in exemplo voluminis Marliani quod fuit eiusdem Casarii; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 119; Suaresius Vat. 9140 f. 209; Revillas sched. Berol.; Lupi Vat. 9143 f. 21; male descripta a nescio quo legitur apud E. Q. Viscontium cod. Paris. Lat. 9697 f. 16′; Melchiorri descripsit.

Lapis etsi aliquantum detritus tamen lectionis est certae, nisi quod puncta pleraque evanuerunt.

4 ultimum vocabulum vix erit legendum *sal(ius)* — nam id ita notatum vix umquam reperitur, et sacerdotium ita vix recte interpositum esset inter munera —, sed coniungendum cum eis qui praecedunt *praef. qq.*; sed quid significetur, nescio.

3683 *lastra rotta* ZOEGA. Tibure in aede divi Silvestri extra moenia LEONC., in S. Silvestri MANC.; *in più pezzi rotto* addit LIG. propter fraudem quam commisit. In aedibus Boschi MAR ZOEGA.

. . . . LIB · THREPTO
. . . . IMO RECTORVM · MI
*mo parasit*O APOLLINIS ADLECTO
. . . . ONIA DAPHNE
. . . . OPTIMO

Leoncini ms. f. 4′ (ab hoc Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3′); Grut. 1089, 7 'e Pighianis'; Zoega ms. p. 576; Marini Arv. p. 826. Interpolatione suppleta legitur apud Ligorium Neap. lib. 35 p. 185 (inde Mur. 174, 4).

1 LIB priores, ...B Zoeg. Mar. — 2 MAXIMO Leonc., ...IMO Grut. Mar., ..MO Zoeg. — 2 fin. M·F Zoeg. — 3 in. ...CO Leonc., ..O reliqui. — 4 ONICA Grut. — Exemplum Ligorii hoc est: *l. iunius. l. filius | cuminius. lib. threpto | maximo rectorum mi|nist. apollinis | adlecto | omnia. daphne | optimo.*

3 significatur adlectus scaenae, cf. huius corp. vol. VI n. 10118. 10126 et supra ad n. 2408.

3684 tabula marmorea. Rep. Tibure anno 1831 *in un podere, ove si pone la villa di Siface, dalla parte destra della via Valeria, un mezzo miglio in circa dal sepolcreto di sopra riferito* (i. e. ubi prodiit n. 3633) VIOLA, similiter AMATI. Extat Tibure in curia.

T · TREBVLANO
T · F · CAM · NEPOTI
HERC · AVG
T · TREBVLANVS · T · LIB · NEPOS · HERC
AVG · AEDIL · IVVENVM · TIBVRI
PVBLICIA · SATVRNINA · CONIVX

Descripsi. S. Viola *giornale arcadico* 55 (1832) p. 325 (inde Garrucci *piombi raccolti dal card. Altieri* p. 27; St. Viola *decennio* p. 61; Henzen syll. n. 6065); Amati ms. Vat. 9774 f. 8 ab Iacobo Maggi.

3685 Tibure in contrata Quocerini in quodam lapide instructo ac si esset quidam terminus ANTIQVVS. Tibure in marmore quodam RED. Tiburi in vico Coccerini IVC.

TVL · TVLLIVS · TVL · F · P · SERTORIVS · P · F · CENSORES

Antiquus n. 7 (Hamilt. f. 62′, Maruc. f. 8, Redian. f. 126, apud L. Beheimium f. 90; ab eodem etiam Bononius qui putatur cod. Ottob. 2967 f. 63). Ex eodem exemplo puto pendet Iucundus Ver. f. 134, Magl. f. 110. Ex Iucundo videntur hausisse tam Fabretti 242, 659 (inde Vulpi Lat. 10 p. 107), qui laudat schedas Barberinas, quam Muratori 751, 6, qui citat schedas suas nescio quas. Orelli 3893. Huius Corp. vol. I n. 1120.

'Sic ter scriptum est' praemittit Iuc., ipsam inscriptionem ter repetunt Antiqui codices Hamiltonianus et Marucellianus cum Beheimio, bis repetit codex Red.

3686 *memoria scritta in pietra Tiburtina posta sopra una porta di casa nella strada che salle dalla chiesa di S. Valerio à quella di S. Pavolo di Tivoli* ANT. DEL RE similiterque REV. SEB. Extat eodem loco, supra portam domus nunc *vicolo di S. Paolo n. 3.*

M · *TV*|RPILIVS · L · F · M · POPILLIVS · M · F · Q ·
F|ORNICES · DE · S · S · F · C

Descripsi quod superest. Citat Antonius del Re ms. cap. 9 et vacuum spatium duorum versuum reliquit, quo titulum perscriberet, neque tamen perscripsit. Exhibet primus Marzi I p. 48, II p. 83 (inde Vulpi Lat. 10 p. 63; Cabral et del Re p. 7; Sebastiani p. 189, licet hic quidem viderit archetypum); deinde Giorgi sched. Casanat.; Revillas sched. Berol.

In principiis versuum litterae quas dedi inclinatas iam perierunt, descriptae a prioribus omnibus.

3687 mensa marmorea quae sustinetur tribus trapezophoris longa metr. 1,98, lata metr. 0,68. *La mensa è divisa in due scomparti, ossia in due casse o specchi scorniciati; ciascheduno degli specchi è traforato a tutta grossezza da due fori rotondi....; i diametri dei fori non sono uniformi; il primo a sinistra misura 0,285; gli altri 0,330; 0,315; 0,380; in ciascuno di essi era collocato un oggetto di metallo (un vaso od una misura), assicurato con perni impiombati* LANC. Rep. Tibure a Laur. Genga iuxta aedem cathedralem (prodiit in effossionibus illis *una vasta area, lastricata con tavoloni di travertino, terminata a ponente da un muraglione di opera quadrata, e dalla via publica, selciata con pentagoni di straordinario volume, e terminata a mezzogiorno da una parete di reticolato, interrotta da pilastri o speroni di travertino, fasciati di marmo; nell' angolo formato da detta parete reticolata con l'ultimo sperone o pilastro, sta ancora in piedi ed intatta la mensa marmorea* LANC.).

M · VARENVS · Ↄ · ET · M · LARTIDI · L · DIPHILVS · MAG · HERCVL · DE · SVA · PEC · F · C

Descripsit Gatti. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 86.

3688 mensa longa m. 1,12 lata m. 0,68; *la mensa ha due fori; uno minore a sin. di m. 0,20 di diametro è tutto fasciato di piombo; quello a destra ha il diam. di met. 0,255; attorno il labro di ambedue i fori stanno ancora impernati i sostegni delle misure di bronzo. Nei pilastri che sostengono la mensa sono scolpiti a rilievo un tirso ed una clava* LANCIANI. Rep. Tibure ibi prope ubi paulo ante prodiit n. 3687 (distabat m. 0,66), *addossata alla parete di reticolato.*

M · VARENVS · Ↄ · ET · M · LARTIDI · L · DIPHILVS
MAG · HERCVL · D · S · P · F · C

Descripsit Gatti. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 172.

M. Varenus, (Varenae) et M. Lartidi l., Diphilus, mag(ister) Hercul(aneus), de sua pec(unia) f(aciendum) c(uravit). — Collibertus huius M. Vareni Diphili fuit *M. Varenus Ↄ. et M. Lartidi l. Clarus*, cuius titulus sepulcralis, ut videtur, scriptus anno p. C. 21, extat Nolae, huius Corp. vol. X n. 1333; cf. etiam supra n. 3010.

XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61*t*). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sartio in aedibus Boschi.

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), 'in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem'.

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157*a*: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | IIII VIR AEDILIS · IIII · VIR | IVR · DIC · IIII · QVINQ | QVAESTOR · IIII *cet.* Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae 'apud Blasii [?] lapidicidam' (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM scribe ET · EXSEDRAM.

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 1 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
IAZEMIS · Q̅ · Q̅ ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus CODICARIVS · ITEM patera
MERCATOR
FRVMENTARIVS
INVICTO
HERCVLI
EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

*libe*RALITATES · PVL
*imp. caes. t*RAIANI · HADRIA*ni augusti pont. max*
trib. pot. x · X · COS · III · P · P · IM*p. ii*
*erg*A · PROV*inciam* HISPANIAM BAETICA*m*
III · ID · AVG · Q · A*quilio nigro m.* REBILO APRONIANO · COS · IN · A — a. 117
IIII · K · IAN *l. tutilio luperco p. calpu*RNIO · ATILIANO · COS — a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 *p*.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, 'de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatis', verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium susceperat — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub*[*lice*] vel *pub*[*licae*] cogitari potest etiam de *pue*[*ris puellisque*], ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.

*ca*ES A*r*
ENV

Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M' · ACILIO · M' · F · GAL ·
GLABRIONI
CN · CORNELIO · SEVERO
COS ·
PONTIFICI · III · VIR · A · A · A · F · F ·
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·
AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PII
*pr*AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS
*pat*RONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.